Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



10

plata eu eripe anam meam ab impio framea tua
ab inimicis manu tua Domine a paucis de terra divide
eos in vita eorum de abscondito tuo adimpleti sunt
venter eorum Saturati sunt filios et dimiserunt reli
quias parvulis suis Ego autem in justitia apparebo
in aspectu tuo satiabor cum apparuerit gloria tua
Gloria p Ant. In clama dne autem tua mihi et exaudi
Diligam te dne fortitudo mea ps. Verba mea
dns firmamentum meum et refugium meum et li
berator meus Deus meus adiutor meus et sperabo
in eum Protector meus et cornu salutis mee et sus
ceptor meus Laudans invocabo dnm et ab inimicis
meis salvus ero Circumdederunt me dolores mor
tis et torrentes iniquitatis conturbaverunt me Do
lores inferni circumdederunt me prevenerunt me
laquei mortis In tribulatione mea invocavi dnm et
ad deum meum clamavi Et exaudivit de templo
sancto suo vocem meam et clamor meus in aspectu
eius introivit in aures eius Commota est et contre
mivit terra fundamenta montium conturbata sunt et commota
sunt quoniam iratus est eis Ascendit fumus in ira eius
et ignis a facie eius exarsit carbones succensi sunt
ab eo Inclinavit celos et descendit et caligo
sub pedibus eius Et ascendit super cherubim et
volavit volavit super penas venti Et posuit
tenebras latibulum suum in circuitu eius taberna
culum eius tenebrosa aqua in nubibus aeris Pre
fulgore in aspectu eius nubes transierunt grando et
carbones ignis Et intonuit de celo dns et altissimus